

aut uino totidē. pota. Cadix omnes uentris dolores sedat in uino: aluumq; purgat. Sanat opisthotō nū morbum regium. renes uesicam. Matricem autem & stomachum decocta ī uino. Aluumq; sistit. Estur etiam contra malū mentis: sed in medendo. iiii: drachmæ satis sunt. grana nigra auxiliantur & suppressionibus nocturnis in uino pota quo dictum est numero. Stomacho uero & rosiomibus & esse & illinire prodest. Suppurationes quoq; discutuntur. Recentes nigro semine: ueteres rubro: utrūq; auxiliatur a serpente percussis. Et pueris cotra calculos incipiente stranguria. Gnaphalion aīi chamezelon uocant: cuius foliis albis mollibusq; pro Tomēto utuntur. Sane & similia sūt: Datur ī uino aut ftero ad dysenteriam: uentris solutiones mensesq; mulierū sistit. infunditur autē tenasmo: illinif & putrescentibus ulce: galedragon uocat xenocrates leucacantho simile palustrē: & spinosam: caule ferulaceo alto: cui summo capite inhæreat simile ouo: in hoc excrecente ætate uermiculos nasci tradunt: pyxide cōditos adalligari cū pane brachio ad eam partē qua dens doleat: mireq; illico dolorē tolli. ualere non diutius anno & ita si terram non attigerit. holcus in saxis nascitur ficcis. aristas hēt in cacumine tenues culmo quale ordeū restibile. hæc circa caput adalligata. uel circa lacertū educit e corpore aristas. hanc quidam ob id aristidam uocant. hyosiris in tumo similis: sed minor: & tactu asperior. uulneribus contusa præclare medetur. holosteon sine duricia hæba ex aduerso appellata a græcis: sicut fel dulce: tenuis usq; capilamēti speciē. longitudine quattuor digytorū: ceu gramē foliis angustis astringens gustu. nascitur in collibus terrenis. usus eius ad conuulsa rupta in uino pota. uulnera quoq; conglutinat. nam & carnes concoquūtur addita. hypophæston nascitur in spinis. ex quibus fiunt æneæ fulloniæ: sine cauliculo: sine flore: capitulis tātū inanibus: & foliis paruis: multis: herbaei coloris: radículas habens albas: molles. Succus earū exprimitur ætate ad soluendā aluūtribus obolis: maxime in comitialibus morbis: & tremulis: hydropicis. Contra uertigines: orthopnoeas: paralyseis incipientes.

De hypoglossa: & hypeco: idæa: isosphyro: lathyri: leōtopetalo lirapso: lito spermo. lapide uulgaris: de limeo leuco.

Cap: xi.

Hypoglossa folia habet figura siluestris myrti concaua spinosa: & ī iis ceu linguas folio paruo exeunte de foliis: Capituli dolorē corona ex iis imposita minuit. hypecoon in fegetibus nascitur. foliis rutæ. natura eius eadem quæ papaueris succo. Ideæ hærbæ folia sūt quæ oxy myrtinæ ad hærent his uelut pampini in quibus flos ipsa. aluū mensesq; & omnem abundantia san guinis sistit. Spiffandi coibendiq; naturā habet. isopyron uocat aliqui phasiolū: quoniā foliū quod est aniso simile in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenui: plena seminis melāthii Cōtra tussim & cætera pectoris uitia ex melle & aqua mulsa itē iocineri utilissima. lathyris folia hēt multa lactuæ similia tenuiora germina multa in quibus semen tuni culis continet ut capparis. quæ cū inarue ī eximūtur grana. piperis magnitudine. candida. dulcia. facilia purgatu. hæc uicena in aqua pura aut mulsa pota hydropicos sanat. trahūt & bilē. Qui uehementius purgari uolunt. cū folliculis ipsis sumunt eā: stomachū lædunt. itaq; inuentū est ut cū pisce aut iure gallinacei sumerent. Leonto petalon alii rhapeion uocant folio brassicæ: caule semipedali. alæ multæ semen in cacumine in sili quis ciceris modo. Radix rapæ similis. grandis: nigra. nascitur in aruis. Radix aduersatur omniū ser pentiū generibus ex uino pota nec alia res celerius proficit. datur & ischiadicis. lycopsis lōgiorib⁹ q̄ lactuca est foliis crassioribusq;. Caule longo hirsutis adnatis multis cubitalib⁹. flore paruo. purpureo nascit in cāpestribus. illinitur cū farina hordeacea igni sacro. Sudorē in febris mouet succo a quæ calidæ admixto. inter oēs hærbas lithospermo nihil est mirabilius. aliqui hegonichon uocant. alii dipspyron. alii heraclion. hæba quincūcialis fere foliis duplo maioribus q̄ rutæ: ramulis surculosis crassitudine iunci. Gerit iuxta folia singulas ueluti barbular & eaq; in cacuminibus lapillos candore: & rotūditate argaritæ magnitudine ciceris. Duritia uero lapidea. ipsi qua pediculis adhæreāt cauer nulas hēt & intus semen. nascitur & in italia. sed laudatissimū in cræta. nec quicq; inter hærbas ma iore quidē miraculo aspexi. Tantus est decor uelut aurificū arte alternis inter folia cādicantib⁹. mar garitis tā exquisita difficultas lapidis ex hæba nascentis. lacere atq; hūi serpere auctores tradūt. ego uulsam nō hærentem. uidi. iis lapillis drachmæ pondere potis uino albo calculos frangi pellitq; cō stat. & strāguriā discuti neq; in alia hærbæ fides est. Visus statim adquācunq; medicinā nata sit: est autē eius species ut ēt sine auctore usus statim nosci possit. lapis uulgaris iuxta flumina fert muscū ficcū canum. Hic fricatur altero lapide addita hominis saliuā. illo lapide tangitur impetigo. Qui tā git dicit: pheugete cātharides lychos agrios hymas dioci limeū hæba appellat a gallis. qua sagittas in uenatu tingūt medicamento. qd uenenū ceruariū uocant. ex hac in tres modios salinati adit quā tū in una sagitta addi solet. ita ossa dimittitur in boū faucibus in morbis. Alligari postea ad p̄sepia oportet donec purgēt insanire enim solēt. Si sudor insequitur aq; frigida psūdi. mercuriali similis no.

Qui uehe mentius.